Mer N imiſ hic ſcituſ eſt ſicophanta quiquidem ſit meus pater
O bſeruatote quam blande mulieri palpabitur
Alc E castor te comperior quanti facias uxorem tuam
Iu S atin hercle ſi feminarum nulla eſt quam ęque diligam.
Mer E depol ne illa furtiſ rebuſ te ſciat operam dare
E go faxim te amphitrionem ēē malis q̃ iouem.
Alc E xperiri istuc mauellem me q̃ mihi memorarier
P riuſ abiſ q̃ lectuſ ubi cubuiſti concaluerit locus
H eri uenisti media nocte. nunc abiſ. hoccine placet.
Mer A ccedam atq: hanc appellabo & ſubparaſitabor patri
N unq̃ edepol quenq̃ mortalem credo ego uxorem ſuam
S ic efflictim amare proinde ut hic efflictim deperit
Iu C arnifex non ego te noui. abin e conſpectu meo.
Q uid tibi hanc curatio eſt rem uerbero. aut mutito
Q uo lego iam hoc ſcipione. Alc ah noli. Iu mutito mō
Mer N equiter pene expediunt prima paſitatio
Iu V erum qđ tu dicis mea uxor non te mihi iraſci decet
C landculum abij a legione operam hanc ſubripui tibi
E x me primo prima ſcires rem ut geſſiſſem publicam
E a tibi omnia enarraui. niſi te amarem plurimum
N on facerem. Me facit ne ut dixi. timidam palpo percutit
Iu N unc ne legio perſentiſcat clam illuc redeundum ē mihi
N e me uxorem preuortiſſe dicant pro re publica
Alc L acrumantem ex abitu concinnaſ tu tuam uxorem. Iu tace
N e corrumpe oculos redibo actutum. Alc id actutum diu eſt
Iu N on ego te hic lubenſ relinquo neque abeo abſte. Al sentio
N am qua nocte ad me uenisti eadem abiſ. Iu quor me tenes.
T empus eſt exire ex urbe priusq̃ luceſcat volo
N unc tibi hanc pateram q̃ dono mihi illic ob uirtutem data eſt
P terela rex qui potitauit quem ego mea occidi manu
A lchmena tibi condono. Alc facis ut alias reſ ſoles
E castor condignum donum qualeſt q̃ donum dedit.
Mer I mmo ſic condignum donum qualis eſt quoi dono datum eſt.
Iu P ergin autem. non ne ego poſſum furcifer te perdere.
Alc N oli amabo amphitrio iraſci ſoſię cauſa mea
Iu F atiam ita ut uiſ. Mer ex amore hic admodum q̃ ſęuus eſt.

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 8r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/8r)